UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Rvperti Ab-||batis Tvitiensis, Svmmi Disertissi=||miq[ue] Theologi, sacris du[n]taxat literis omnia probantis, in XII. prophetas mino-||res, Commentariorum Libri XXXII

Rupert <von Deutz>

[Köln], M. D. XXVII.

VD16 B 3835

Prologvs In Malachiam Prophetam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71859

Visual Library

PROLOGVS IN MALACHIAM PROPHETAM.

MAlachiã ultimũ duodecimũ propheta℞ Hæbrei Eſdrã æſtimãt ſacerdotem, Malachiam, Eſdram dici
quia om̃ia quæ in libro illius cõtinent̃, etiã hic ꝓpheta cõmemorat, & ꝓpterea
titulũ uõ habere, quia liber iſte ꝓ titulo ſit. Igitur & Malachias. i. Eſdras poſt 1.
Aggæũ & Zachariã, qui ꝓphetauer̃t ſub Dario credẽdus ẽ. Hinc de abiectio
ne Iudæo℞, et uocatõe gentiũ: nõ ẽ (inqt) mihi uoluntas in uobis dicit dñs exer Malach. 1.
cituũ, & munus nõ accipiã de manu ueſtra, ab ortu em̃ ſolis uſq; ad occaſum magnũ eſt no-
men meũ in gentibus, & in om̃i loco ſanctificat̃ oblatio munda. Itaq; qm̃ Eſdras Propheta
erat, qm̃ idem eſt q & Malachias, nõ mirũ qđ in libro eius, uidelicet Eſdræ ita legimus. Ac-
ceſſerũt ad me principes, dicẽtes: Tulerũt ſacerdotes & Leuitæ de filiabus populo℞ terræ, 1. Eſdr. 9
& de filijs ſuis & cõmiſcuerũt ſemen ſanctũ cum populis terra℞. Cũq; audiſſem (inquit) ſer-
monẽ iſtũ, ſcidi palliũ meũ & tunicã & euelli capillos capitis mei & barbæ, & ſedi mœrens,
& cætera. Nimi℞ qm̃ (ut iam dictũ eſt) Propheta erat, nõ dubiũ, quin ꝓphetico ſpiritu intel
lexit, cuius uel quãti mali præſagiũ illa trãſgreſſio fuerit, qđ ubi poſt captiuitatis abſolutionẽ
templũ reædificatũ eſt, talis in Iuda ſiue in Iſrahel præuaricatio reperta eſt. Inde nobis pleni
us erit dicendũ, ubi in hoc ꝓphetiæ ſuæ libro dicit: Tranſgreſſus eſt Iudas, & abominatio fa Malach. 2
cta eſt in Iſrahel, & in Hieruſalem: quia cõtaminauit Iudas ſanctificationẽ dñi quã dilexit &
habuit filiã dei alieni. Adſis ò ſancte ſpũs, qui ꝑ os ꝓpheta℞ locutus es, ut conſummatio in Inuocatio.
duodecim ꝓphetis opuſculo, tandẽ nos exigui inter filios Leui, quos dñator dñs ueniẽs ad
templũ ſanctũ ſuũ cõflabit quaſi aurũ, & quaſi argentũ, offeramus tibi ſacrificia laudũ, pla-
ceatq; tibi ſacrificium noſtrũ, ſicut illorum ſacrificium, ſicut dies ſeculi, & ſicut anni antiqui,
de quibus ſuo loco dicendum erit.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN MALACHIAM PROPHETAM COMMENTARIORVM LIBER VNICVS.

ONus verbi domini ſuper Iſrahel in manu Malachię. Onus, id eſt, gra Onus contra Iudæos
uiſſimi iudicij põdus iſta ſupſtitio pollicet̃, qđ uidelicet ſcđm ꝓphetiã hãc in-
felix Iudaicus populus, ſimiliter ut Cain, qui Abel fratrẽ ſuũ occidit, ſeptẽpli
ci reatu obnoxius, ſeptẽpliciter puniendus. i. incorrigibilis ꝑmanẽdo, intermi
nabilẽ irã dei foret ſubiturus. Numero nãq; ſeptenario, q tam apud eccleſiaſti- Septenarius numerus
cos q̃ apud Ethnicos philoſophos mas. i. fortis dicitur, inſolubilisq; habet̃, & eo plerũq; uni-
uerſitas ſignificat̃, numero (inquã) ſeptenario peccatum rebellionis, & duritia ceruicis eius in
hac ꝓphetia deſignat̃. ¶ Ipſas uices hic iam ꝑſtringere libet. Primo ſic alloqtur. Dilexi uos Septies obii-
dicit dñs. At illi ꝓcaciter. In quo dilexiſti nos? Deĩde ſcđo: Deſpicitis nomẽ meũ. Statimq; citur peccatũ rebellionis
illi: In quo deſpeximus nomen tuũ? Deinde tertio: Offertis ſuꝑ altare meũ panẽ pollutũ. At
illi. In q polluimus te? Deinde quarto: Laborare feciſtis dñm in ſermonibus ueſtris. At hæc
illi. In quo eũ fecimus laborare? Deinde quinto: Reuertimini ad me, & reuertar ad uos dicit
dñs. Statimq; illi: In quo reuertemur? Quaſi uero nõ audiſſent, qđ dicebat, receſſiſtis à legiti
mis meis, & nõ cuſtodiſtis. Deinde ſexto: Si affligit homo deũ, quia uos cõfigiſtis me. At
illi: In quo cõfigimus? Deinde ſeptimo: Inualuerunt ſuꝑ me uerba ueſtra dicit dñs. At illi:
Quid locuti ſumus cõtra te? Ita ſepties conuẽti, & de ſeptẽ reatus ſui capitulis redarguti, ſe-
ptíes excuſſerũt ceruicẽ durã, nullã reddẽdo uocẽ cõfeſſionis, ſed in om̃ibus horrorẽ ſpiran-
do ꝑpetuæ rebellionis. Per hæc (ut ſupra iam dictũ eſt) pœna eorũ ſignificat̃ interminabilis,
quia culpa ſeptẽplex. i. incorrigibilis eſt, atq; idcirco inſolubilis (ut dictũ eſt) ſcđm exemplũ
Cain, cuius peccati ſeptenariũ incrementũ poteſt diſcerni, peccati irremiſſibilis, quia in dete- Peccatũ Cain ſeptuplex & irremiſſibile.
rius ſemꝑ progrediẽs nuſquã pœnitentiã egit. Primũ in eo fuit, qđ non recte diuiſit cũ ſcri-
ptura dicat: Si recte offeras, & nõ recte diuidas, nõne malũ eſt? Recte qdem obtulit, quia cui Gene. 4

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN